Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36541
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tre ob misericordie. quo propter uos etiam descendit in eam totius plenitudo gratiae. Vobis itaque iustis diligentibus eam. ut de qua ortus est sol iustitiae. uobis quoque peccatoribus uoce deuotionis inclamantibus eam. ut de qua profluit mundo fons misericordiae. ad cognoscendam plenitudinem summi honoris ei. Haec sacro sancta festiuitas antiquis patribus ignorata. moderno tempore diuinitus est declarata. ut qui magis in filio intelligebam. sublimitatem reginae plenam filii gloriam plenius adeptae. non ignoraremus. inde copiosiorem materiam ad laudandum eam inueniremus. Quomodo autem. per quam personam hoc reuelatum fuerit. tempus est aperire. sic sermonem hunc tandem finire.

Fuit moderno tempore. in anno uidelicet dominicae incarnationis. millesimo centesimo quinquagesimo sexto. quedam sanctimonialis elysabeth nomine. in cenobio quod uocatur sconaugia. de cuius mirabilibus quae peam ostendit. dicit deus. loci huius non est enarrare. nisi hoc solum. quod crebris angelicae uisionibus. aliisque sanctae uisitationibus frequenter illuminata. multa conspexit. diuinitus sibi ostensa. uisitante eam dominum spiritu. ad salutem omnium qui paternas ammonitiones dei gratia benedictione percipiunt. Huius uisionem supra hac glosa festiuitatis. uerbis ipsius. non nimis placuit hic subtexere.

Visio Elysabeth ancillae dni quam uidit in sconaugensi cenobio. de Resurrectione beatae uirginis matris dni.

In anno quo mihi per angelum dni annuntiabatur liberum dei. in die qua octauam assumptionis domine nostre ecclesia celebrabat. in hora diuini sacrificii fui in excessu mentis. apparuit mihi suo more consolatrix mea domina celique. Tunc sicut abuno ex senioribus meis premonita fueram. rogauit illam dicens. Domina mea placeat benignitati tuae ut de hoc nos certificare digneris. utrum solo spiritu assumpta sit.